

R. 1519 T H E M A T A J U R I D I C A  
1928 K 944

S E Q U E S T R O;

*244*  
F A V E N T E  
D. T. O. M.

P R A E S I D E

H E L F R I C O U L R I C O H U N -  
N I O Marpurg. Hasso J. U. D.

In Electorali ad Albim Academiam disquisi-  
tioni placida

Publici exercitij gratiâ subjicit

I O H A N N E S B L A U F U S

Monsterberg. SiL.  
In audit. JCtor. ad d. 18. Junij  
horis à 6. matutin.


os(?)50

W I T T E B E R G Æ,

Typis Martini Henckelij ANNO  
CHRISTI M. D. C. XIII.

1613

49



# DE SEQUESTRO

## THEMATA.

### I.

**S**EQUESTRUM varia apud Juris nostri, & alios Latini tatis autores significat, quæ ex iis refert pluribus Andr. Clud. in tract. de jure sequestr. c. 1.

2. Propriè hoc in loco acceptum ab eo dicitur, quod occurrenti, & quasi sequenti eos, qui contendunt committitur. l. 110. dc V. S. ubi Gœdd. & in rubr. extra de sequest. possit. & fruct. n. 4. & seqq. Diss. Alciat. & Brech. ad d. l. quodammodo & Clud. d. tr. c. 1. n. 15. Alter Oldendorp. tr. de except. c. 50.

3. Ac definitur, quod sit plurium litigantium ejus rei, de quâ lis est, depositum, d. l. 110. ubi Gœd. n. 2. l. 17. in pr. ff. depositi. Diss. gl. in l. un. C. de prohib. pecun. seq.

4. Ex quo arguendus est illorum error, qui id cum arresto, quod manus quedam injectio est, confundunt. Molin. in conventione. Paris. p. 2. §. 52. gl. 1. in verb. Arrest. n. 1. 2. & 3. Clud. d. tr. c. 2. ubi Diss. refert & refutat.

5. Species habet duas: alteram Interpp. sequestrum Voluntarium; alteram Necessarium appellant. Coras. 3. Misc. 2. Jacob. d. Atena. tr. de sequest. n. 2. & 3. Diss. Rebuff. qui in supr. d. l. 110. tertiam Mixtum dictam adjicit. Alit. Bocer. clafs. 1. disp. 12. th. 17. Alit. post Bl. Fr. Curtius intr. de seq. q. 1. n. 24. in fin.

6. Voluntarium constituitur consensu & conventione partiam. l. 5. §. 1 & 2. l. 6. l. 17. in pr. ff. deposit. l. 39. de adquir. vel amitt. poss. l. 5. fam. hercif. Corasius d. c. 2.

7. Et regulariter jure est permisum. Dd. in supr. d. l. un. C. de

A :

prohib

prohib. pecun. sequest. Schneidw. in §. præterea n. 5. Inst. quib.  
mod. re contr. obl. Goedd. ad c. i. extra de seq. poss. & fruct.  
n. 102.

8. *Immò non obscurè ab ipsis legibus nonnunquam svasum* d  
l. 5. ff. fam. hercif. l. 5. §. 2. verl. sed si nec ff. ut legat. caus.  
cav. Clud. d. tr. c. 4. n. 53.

9. *Necessarium fit Magistratus competentisve judicis imperio*  
d. l. un. ubi Dd. c. i. 2. & 3. extra de seq. poss. & fr. Coras. ad d.  
l. Myns. cent. 5. obs. 35. n. 1.

10. *Invitâ quoq; parte vel utrâq; vel alterutrâ*, arg. l. 7. §. fin.  
ff. qui satisd. cogant. l. fin. C. de ordin. cognit. Vult. i. Jurispr.  
Rom. c. 33. n. 6. Goedd. ad c. i. extra de seq. pos. & fr. n. 109. p.  
m. 170.

11. *Ob quod contractus esse non desinit*, arg. l. 21. §. 5. ff. quod  
metûs caus. l. 22. de rit. nupt. l. 13. C. de transact. c. i. vers. nam  
& hoc 15. q. 1. Goedd. in disp. de sequest. th. 9.

12. *Eftg; prohibitum regulariter* d. l. un. ubi Dd. Coras. d. lib.  
3. misc. c. 2. n. 6. Eman. Soarez. in thes. comm. opin. verb. se-  
quest. Goedd. ad d. c. i. n. 83. & seqq. Diss. Joh. Robert. i. sen-  
tent. 5. & Cujac. in parat. C. de prohib. pecun. sequestrat.

13. *Exceptis, in quibus permittitur, aliquot saltim casibus,*  
inter quos hic est citra dubium, si manifestum sit partem adversare  
rem, de quâ est controversia, dissipare ac prodigere c. 2. ubi gl. &  
Panorm. c. 3. extra de seq. poss. & fruct. l. 21. §. fin. ubi Bl. &  
Dd. ff. de appellat.

14. *Quod ē facere tum censetur, quando, alias solvendo non*  
existens, eam callide & fraudulenter in usus proprios convertit,

Bl.

Bl. & Lud. Rom. in l. 71. in fin. de adquir. hered. Fr. Curtius d.  
tr. n. 9. circa med. Clud. de jure tequest. c. 5. n. 25.

15. Sed suspectum quem esse duntaxat vel infamatum de pro-  
galitate non satis est, medente isti rei cautione juratoria Panorm.  
c. 2. extra de seq. poss. & fr. n. 19. in fin. & n. 23. quem seq. Goedd.  
ibid. n. 27. Diff. Clud. de jure seq. c. 5. n. 21.

16. Ejusmodi est alius, si ab executione iudicationis modum  
legitimum excedente sit appellatum. I. ab execut. s. C. quor. ap-  
pet. non recip. Clud. d. c. 5. n. 59 & seqq.

17. Ut & si de beneficio contra possessorem qui id triennium,  
pacifice non possedit, lata sit à judice, à quo appellari nequit, sen-  
tentia, cuius executio ob spem alterius, priorem fortè eversuræ, est  
differenda, clem. un. de seq. poss. & fr. ubi Goedd. & ad c. 5. n.  
6. & seq. extra cod.

18. Quod in pari causâ ad res quoq. alias est extendendum,  
arg. l. 1. l. 3. §. 11. ff. de itin. actuq; privat. Goedd. ad d. c. 3. n. 11.  
Franc. Curt. d. tr. q. 1. n. 14. vers. quod limit.

19. His addet si reus debitam jure satisfactionem concurrentibus  
ut plurimum defugâ ejus vel profusione malitiosa indiciis non fri-  
volis, præstare notit vel nequeat l. 7. §. fin. qui satisd. cog. l. 16. de  
off. præsid.

20. Quò pertinet exemplum de Colono super proprietate litigante cum Domino, in l. 20. C. de agr. & cens. Coras. d. c. 2. n.  
9. in fin. Diff. Goed. ad d. c. 2. n. 33.

21. Insuper admittitur in peculio si serbus ad libertatem pro-  
slamet, l. fin. C. quib. ad lib. procl. l. un. C. de assert tol-  
lend.

22. Et ad extremum in beneficio vel re simili ad evitandum scandalum, arg. c. n. 2. & 3. extra de Jure patronat. Panorm. in c. olim extra de rescrip. & c. 2. de dol. & contum. Goedd. ad d. c. 2. n. 42.

23. Præter hos casus probati jure plures non reperiuntur. Itaq. fallitur qui ob contumaciam missioni in possessionem locum facienti illud fieri existimat cum Coras. d. c. 2. n. 10. & Clud. d. c. 5. n. 9. & seqq. contra Goed. ad c. 1. n. 109. & seqq.

24. Fallitur qui ob metum armorum, cum communi Dd. scholâ contra Donel. ad rubr. C. uti possid. & Goed. d. c. 2. n. 44. & seqq.

25. Licet hodie recridentia sive fiduciariae possessionis causâ secus sit, ex novâ Imperij constitutione, quæ ordinationi Camerae S. ob auch in obberhürtēm fall inserta est. vid. Gail. 1. obs. 5. & 6.

26. Fallitur qui ob mariti sævitiam cum Clud. & ab ipso allegatis, quos sequitur, aliis d. c. 5. n. 52 & seq. contra Goedd. ad d. c. 2. n. 51.

27. Planè non dubitaverit immeritò an ad exceptionem istam spectet casus. l. 22. §. 8. vers. si verò ff. solut. matrim. arg. l. 110. verb. de quâ cont. de V. S. quemad cam referunt Goedd. c. 2. n. 25. & Clud. d. c. 5. n. 12. cum ibi alleg.

28. Omnino nihil eò pertinet, si emtor & venditor, quia sibi invicem parùm habeant fidei, premium & mercem quæ tuto accipere nequeant, penes tertium collocent. arg. d. l. Diss. post Curt. d. tr. q. 1. n. 12. in fin. vers. septimo fall. Clud. d. c. 5. n. 69 & seqq.

29. Cœterūm constituunt sequestrum omnes qui rerum suarum habent administrationem, iisdemq. præesse possunt, Clud. de jur seq. c. 7. n. 8. in fin.

30. Etiam fur & prædo, l. 1. §. si prædo 39 l. bona fides 31. l. 6. ff. depositi.

31. Non verò servus extra peculium l. pen. ff. deposit. & arg.

S. item

§. itē vobis 3 versic. ipse enim, Institut. per quas personas. &c.

32. Non filius familias extra res, quarum plenum cum usu fru-  
ctu habet dominium, arg. l. cum oportet 6. C de bonis qua lib.  
& §. 1. Inst. per quas pers. cum simil.

33. Non pupillus ab s̄q; tutoris autoritate, arg. l. s. ff. de R. J.  
§. 1. Inst. de autor. tut & §. pupill. Inst. de inut. stip.

34. Nisi forte modo aliquo per sequestrationem conditionem  
suam, meliorem reddiderit, l. i. §. 1. l. 3. ff. commod. l. obliga-  
ti 9. ff. de aut. tutor. Dd. ad l. 3. de negot. gess.

35. Non etiam mente captus, aut qui huic comparatur prodi-  
gus. arg. d. l. s. ubi Dd. de R. J. l. i. ff. decurat. fur.

36. Sed & apud omnes potest constitui non solum eos qui pos-  
sunt constituere: verū etiam aliquos qui non possunt, utpote apud  
servum l. i. §. si apud servum rs. §. filium fam. 42. vers. Idem l. 21.  
§. 1. juncta l. 6. depositi. Clud. d. tr. c. 7. n. 20.

37. Apud filium familias d. l. i. §. filium fam. 42. d. l. 21. in  
pr. l. depositi nomine s. in pr. l. deposui 38. in pr. ff. de pecul.

38. Apud pupillum; qui & tenebitur si dolum commiserit in re  
controversā ipsi commissā d. l. i. §. 15.

39. Tandem quoq; in publico loco apud Magistratum, vel of-  
ficiū, vel adem sacram. Roman. Alex. & Jason. in l. si fidejus.  
7. §. fin. ff. qui fatisd. cog. Clud. d. c. 7. in fin.

40. Non autem quempiam invitum pati oportet iudicis arbi-  
trio penes se sequestrari, pr̄terquam ex causā. Bl. in l. i. ff. ubi  
pupill. educ. deb. Fr. Curt. de sequest. n. 26.

41. Cadit sequestrum in res omnes, qua tradī custodirīq; ab ho-  
mine possunt. arg. l. 6. l. 17. in pr. juncta l. i. pr. cum similib. ff.  
depositi, Jason. ad d. l. si fidejus. §. fin. ff. qui fatisd. Cog.

42. Modò ne jure, ut sacræ, sanctæ, religiosæ, publicæ  
&c: vel naturā ut quæ nec sunt, nec sperantur, commercio homi-  
num sint exemptæ, arg. §. 1. & 2. Inst. de inutil. stipul. §. fin. de

emt.

emtione. venditione. l. 83 §. 5 ff. de V. Oblig. &c.

43. Ideoq; sequestrantur non tantum mobiles, sed etiam immobiles c. 2. & 3. extra h. t. Coler. de process. execut. p. 1. c. 2. n. 168. & c. 3. n. 81.

44. Quippe absunt longè à vero, qui negant traditionem & custodiam in re immobili, ut in eâ constituatur depositum habere locum, cœu contra Azon. in summ. C. depos. & Dd. comm. ad §. præterea 3. Inst. quib. mod. re contr. obl. docet Goedd. ad rubr. extra de seq. poss. & fr. n. 9. & in l. 1. o. n. 3. de V. S.

45. Quin in rebus quoq; incorporalibus, qualia sunt jura potest sequestrum fieri, arg. clem. un. de seq. poss. & fr. l. 3. ff. de acquir. vel amit. poss. l. 1. ff. depositi l. 1. §. 1. ff. cōmod. Goedd. add d. rubr. n. 13. Clud. d. tr. c. g. n. 11

46. Hallucinari autem illos necesse est, qui & in libero homine consistere id autumant. d. §. fin. Inst. de emt. vend. l. 23. §. 2. de acquir. vel amit. poss. d. l. 85. §. 5. l. 103. de V. O. Goedd. add d. c. 2. extra d. t. n. 51. & seq. Diss. Cujac. in parat. C. de prohib. pecun. sequest. ubi & Daaren. in fin. Clud. d. c. 8. n. 16.

47. Quanquam non, qui in beneficiis, jure patronatus jurisdictione, feudo, aliisq; nonnullis similibus, clem. un. de seq. poss. & fruct. Lambertin. de jure patron. q. 9. art. 3. l. 1. part. 2 Gail l. obf. s. gl. in c. 1. si de feud. def. cont. sit. Goed. add d. c. 2. n. 59. & seq. & in disp. de sequest. th. 40.

48. Circa modum, quo sequestrum fit, discrepat voluntariū à Necessario. Non enim ad illud: ast ad hoc etiam certà formā observatā proceditur. In primis ejus citatione opus est in cuius fit præjudicium l. 47. ff. de re judic. l. 39. ff. de adopt. Mynting. 2. obl. II.

49. Nisi omnino de fugā sit suspectus, arg. l. pen. C. de pign. act. l. 14. ubi Gotofr. ff. de pign. c. signific. extra de testib. Bl.

Alex.

Alex. Jason. in l. si fidejuss. 7. §. fin. ff. qui satid. cog. Fr. Curt.  
de seq. n. 40.

50. Deinde fides facienda est vel summarie tantum iudici de  
credito, sive jure ejus qui sequestrationem fieri postulat, nec enim  
necessarium est instrumentum publicum. Jas. in d. l. si fidejuss. §.  
fin. n. 12. 13. & 14. Curt. d. tr. n. 50. & seq. Diff. Br. in l. jube-  
mus. C. de erog. milit. annon. Mathesilan. in tr. de carc. Cor-  
set. in sing. 63. verb. sequest.

51. Ulterius de calumniâ actor jurare tenetur, si causa ex qua  
postulatur non sit notoria Clud. d. tr. c. 6. n. 18. & seq.

52. Eidem post legitimâ hujus incumbit probatio c. olim ex-  
tra de rescript. c. 2. de dol. & contum. Jas. & Alex add. l. si fi-  
dejuss. 7. §. fin. Mascard. de probat. concl. 1297. n. 4. vol. 3.

53. Deniq; judicem rei totius diligentem cognitionem pruden-  
ter oportet adhibere, l. 3. §. fin. ver. denunciat. fact. ff. depositi,  
d. l. si fid. 7. VVseemb. conf. 7. n. 7. col. 336. p. I.

54. Et ita fieri potest die quoq; feriato, si mora periculum sit  
alibiura, l. 1. §. fin. l. 3. ff. de ferns c. signif. extra de judic. Curt.  
d. tr. n. 47. Sichard. ad l. un. C. de prohib. pecun. seq.

55. Nec cuiquam, sive è litigantibus, sive alij tertio contra id  
quicquam moliri licitum est, citra pœnam Jure & Canonicô &  
civili præstitutam clem. un. de seq. poss. & fr. l. un. ff. si quis  
jus dic. non obtemp. Oldendorp. in except. enchirid. except.  
sequest.

56. At si inique à judice fuerit decretum, implorato nobilis i-  
psius officio, adversus eum qui id petuit bene ejus relaxatio unaq;  
interesse ac damnum, si quod forte possessori illatum est, impetrari

B

poteſt.

Potest. Gœdd. ad d. c. i. extra de seq. poss. & fr. n. 132. cum seqq.  
Clud. de jur. seq. c. 10. n. 27. & seq.

57. Porrò facta sequestratione in sequestrem non transit pos-  
sessio, l. interest. 59. de acquir. poss. Duaren. ad t. C. deposit. c.  
i. circ. fin. & 3. de benefic. c. 10. Gœdd. ad d. c. i. n. 115. cum  
seq. Clud. d. tr. c. 9. n. 25. Dist. Dd. comm. Aliter VVesemb.  
in parat. ff. depos. n. 6. Althus. i. Jurisp. c. 30. Alit. Jacob. de  
Aren. n. 3. in fin.

58. Praterquam in voluntariâ, quando in specie expresseg̃ ut  
transiret, inter partes actum est, d. l. interest. Donel. 5. comm.  
5. Duar. Gœdd. Clud. d. modo loc.

59. At onus hoc ei imponitur, ut rem penes se sequestratam,  
hujus fructus, & si quæalia ad eam pertineant, quā pars est fide,  
donec lis ad finem ducatur, custodiat, §. 3. Inst. quib. mod. re  
contr. obl. l. i. §. 1. 1. 32. ff. depos. arg. l. s. §. 22. ut in poss. lega-  
tor.

60. Quod si vel dolum vel latam culpam admiserit, damniq;  
quid dederit, præstare id eum convenit, d. l. 31. ubi Dd. Clud. d.  
tr. c. ii. n. 2 & seqq.

61. De levi, levissimâ ac casu fortuito tūm demūm tenebitur,  
si hac conventione aut re ipsâ in se receperit, l. 23. de R. J. l. i. §. 6.  
l. 21. §. fin. ff. Depositi, l. 40. in pr. de petit. hered. l. 5. ubi Dd.  
de reb. cred. Clud. d. c. ii. n. 20. & seq.

62. Si res vel moram litis non ferat, sed tempore peritura sit,  
vel diuturnior ejus custodia bono patrifam. displiceat, distrahet e  
am, & premium ipsius locopenes se reservabit, l. litib. 20. §. fin  
autem 2 C. de agr. & cens. l. 27. de reb. aut. Jud. poss. c. 2. ubi  
Panorm. n. 26. extra de seq. poss. & fr. Dd. ad l. si fidej. 7. §. fin.

qui

qui satisd. cog. l. fin. C. de ord. cogn. Clud. d. c. ii n. 29. & seq.

63. *Alimenta & expensas litis ex fructibus judice arbitrante, suppeditabit ei, qui sequestrationem patitur, si ea aliunde non suppetant d. l. fin. ubi Bl. & Salic. C. de ord. cogn. Gœdd. ad c. 2. extra de seq. poss. & fr. n. 54.*

64. *Actiones pro re sequestratâ utiles habebit. l. 5. §. 1. vers. sed si nec ff ut legat. seu fidei com. serv. caus. ubi Bart. & in d. l. interesse insin. de acquir. poss. Jacob. de Arenâ de seq. n. 18. Sichard. in l. un. C. de proh. pec. seq. n. 17.*

65. *Remedio can. redintegrandæ s. q. l. item possessoriis, si possessio in ipsum collata fuerit, experietur, Speculat. t. de poss. & petit. in pr. n. 12. Corat. de seq. p. 3. q. 27. Gœdd. add. c. 1. n. 175. Clud. d. tr. c. ult. n. 25. & seq.*

66. *Sequestratâ Ecclesiâ vel beneficio cui jus patronatus, vel collationis cohæret, interim, si vacet sacerdotium, presentabit & conferet gl. in clem. un. de seq. poss. & fr. Coras. 3. misc. c. 2. n. 15. & seqq. Duar. 3. de benef. c. 10. Gœdd. d. c. 2. n. 59. cum seq. Diff. Anton. de Butr. Panorm. in c. examinata extra de judic.*

67. *Si ex supra d. ordin. Camerae Imperial. ipsi castrum aliquod vel territorium sequestratò datum fuerit, jurisdictionis actus exercabit; arg. d. clem. un. & eorum quæ Coras. d. l. Gœd. ad d. c. 2. n. 62.*

68. *Sequestro deniq. finito rem cum accessionibus suis bona fide restituet, præstitis simul etiam iis, que conventione vel judicis sententia continentur d. l. 5. §. 1. & 2. l. 6. l. 12. §. 2. ff. deposit. l. litibus 20. C. de agr. & cens. d. clem. un.*

69. Finitur autem tūm lite perfectē terminatā l. 5. §. 1. ff. de-  
positi l. si quis 9. §. 3. & ibi Br. de dol. mal. l. fin. C. de ordin.  
cogn. Fr. Curt. de seq. n. 65. cum seq.

70. Non post latam sententiam per appellationem tantum  
suspensa, gl. in l. 2. verb. quæst. C. ut lite pend. vel post provo-  
cat. &c: Bl. in l. si fidej. 7. §. fin. qui satisd. cog. Spec. in t. de  
seq. poss. & fr. §. 1. in verb. sed pone.

71. Tūm per renunciationem ex causā justā à judice admissam;  
d. l. 5. §. fin. ff. depositi. Clud. de jur. seq. c. 10. n. 39. &  
seqq.

72. Tūm si in diem vel sub conditione factum sit, horum ad-  
ventu uel existentiā l. 1. § 22. d. l. 5. §. 1. l. 6. ff. deposi. l. 44. de  
O. & A. Clud. d. c. 10. n. 49.

73. Voluntarium præterea mutuo tolli potest consensu, l. nihil  
tam naturale ff. de R. J. § hoc amplius 4. Inst. quib. mod. tol.  
obl.

74. Itemq. necessarium per satisfactionem sufficientem d. l.  
si fidejus. 7. §. fin. ubi Bl. n. 1. & Jas. in pr. & n. 17. qui satisd.  
cog. l. Scto 16. ubi Bl. n. 3. ff. de off. præsid. d. l. 5. §. 1. vers. sed  
si nec ff. ut legator. vel fidei com. servand. Myns. cent. 5. obs.  
35. n. 7. Ferrar. in pract. libell. in form. sequest. & faxament.  
gl. 1. n. 5.

75. Non aliter tamen nisi hac penitus causa, ob quam factum  
est, extinguatur, & eque alias benè prospectum sit parti alteri.  
Jas. in d. l. si fidejus. 7. §. fin. n. 17. & seq. Coras. d. l. 3. misc. c.  
2. n. 19.

76. Unde id non procedit, si ob scandali evitationem Ecclesia-

vel

vel beneficium sit sequestratum d. clem. un. ubi CC. de seq. poss. & fr. §. novissim. fin. Inst. de susp. tut. Corat. d. c. 2. in fin.

77. At optimè si sequestratione dilapidationi partis adversa sit obviam itum. Clud. d. c. 10. n. 5. contra Vinc. Coratium de sequest. p. 4. q. 2. n. 3.

78. Sufficere pro satisfactione potest & cautiojuratoria, si, qui ilam ob paupertatem vel aliam difficultatem prestare nequit, vita ac fidei sit integræ, l. i. §. 2. ubi gl. C. de assert. toll. auth. generaliter C. de Episc. & Cler. Myns. cent. 2. obs. 11.

79. Restat quæ ex sequestro descendit actio: Ea depositi sequestraria dicitur. Estq; duplex: Directa & Contraria, §. præterea 3. Inst. quib. mod. re contr. obl. l. s. §. 1. l. 12. §. 2. & pass. tt. ff. ut & C. depos.

80. Utrag; bonæfidei est arg. l. i. §. 1. §. 23. d. l. 5. in pr. & §. 1. d. l. 12. §. 2. ff. depos. d. §. actionum 23. Inst. de Action. cum similib.

81. Utrag; rei persecutoria & ad heredes transitoria, §. sequens 16. Inst. de Action. arg. pr. Inst. de perp. & temp. act. d. l. 12. §. 2. ff. depositi.

82. Etiam locum habet utrag; sive Voluntarium sive Necessarium sequestrum sit contractum. Clud. de sequest. c. ult. n. 22. & & seqq. Diff. præter alias Bocer. class. 1. disp. 12. th. 90.

83. Directa datur omnibus ac singulis litigantibus vel illi dun-taxat qui victoriam reportavit, adversus sequestrem ad persequendam rem litigiosam sequestrò datam cum omni causa, l. i. §. 27. & seqq. d. l. 5. §. 1. d. l. 12. §. 2. ff. deposit. Clud. d. c. ult. n. 5. & seq.

84. In eam veniunt omnia, quæ in simplicis depositi judicium, unde cum iis, de quibus forte nominatim est conventum d. §. præterea 3. Inst. quib. mod. re cont. obl. l. i. §. 1. 2. 3. d. l. 5. §. 1. l. 6. ff. deposit. Goedd. ad. c. 1. extra de seq. poss. & fr. n. 170.

85. Si, ut certo loco sequestrata res exhiberetur, convenit exhiberi ibidem petendum est. Si de pluribus est conventum, in sequestris arbitrio est unum aliquem ex iis, in quo exhibeat, eliger. Si omnino de loco nihil convenit, sequestri convenit denunciari, ut apud magistratum exhibeat. l. 15. penes quem 6. C. depos. l. ei apud quem 5. §. I. ff. cod.

86. Contraria competit sequestri contra litigatores ad consequendum omne id, quod ei occasione rei sequestrata abest, l. fin. in fin. C. de bon. aut. jud. poss. d. l. s. in pr. ff. depos. l. nam hoc 14. ff. de cond. indeb. Salicet. in l. un. circ. fin. C. de proh. pec. seq. Curt. de seq. n. 24. q. 3. & n. 27.

87. Non est ad salarium, si quod ipsi constitutum est obtinendum, l. I. §. 8. cum seq. ff. depos. Goedd. add. c. I. n. 171. p. m. 231. Vide Cujac. in par. ff de var. & extr. cogn. Diss. Bl. ad l. 9. §. 3. ff. de dolo malo.

88. Rei vindicatio quamvis adversus quemlibet qui rem detinet, & restituendi facultatem habet, recte detur, non tamen vide tur commodè ea contra sequestrem licere experiri, Goedd. ad c. 7. extra de sequestratione possit. & fruct. n. 145. Clud. d. c. ult. n. 30.

89. Negat ex sequestratione etiam doli mali, vel prescriptis verbis actiones nasci est existimandum l. I. 2. 3. 4. & 5. ff. de prescriptis verb. l. 7. ff. de dol. malo Goedd. add. c. I. a. n. 160. usque ad 168. incl. Cladius d. c. ult. n. 32. cum sequentib. Diss. post alios Francisc. Curtius de seq. quæst. 15. n. 58. & Corat. de sequest. p. 3. n. 28.

90. Concurrunt autem quandoque cum actione, qua ex illâ descendit

scendit arg. l. 15. ff. de prælcr. verb. l. 2. C. de pact. inter emtor.  
& venditor. l. 1. C. de dolo malo Gœddæus disputat.  
de sequestrat. th. 66.

## Atque hæc hactenus

de sequestro;

Quibus adjicere libet ob materiæ adfini-  
tatem hoc

## Corollarium.

Posse in deposito interdum id agi, ut non idem, quod  
deponitur, sed tantundem, vel ejusdem generis aliud reddatur  
Papinian. in l. Lucius Titius 28. ff. depos. autor est. velut si pecu-  
niam numeratam nec clausam nec obsignatam, deponam. Inde  
quæsum est, utrum hoc casu maneat depositum, an verò in con-  
tractum mutui commigret? Manere depositum Cujacio in Papin.  
libr. 9. quæst. ad d. l. 24. Iduar. de depos. c. 4. Et c. placuit: Com-  
migrare autem in mutuum Bellon. 1. supput: 7. & Hotom. 4. Ob-  
serv. 10. Priori sententia quia manifestè eam idem Papinia-  
nus in l. 25. ff. cod. comprobat, rejecta posteriore,  
adherendum autemamus.





WITTENBERG, Diss., ERG. BD.,  
1. 1612/1667

ULB Halle  
005 377 20X

3



nicht verbraucht

WNT

Wilh. Felger  
Draubbinderei  
Halle a. S., Dr. Albrechtstr. 8



# Farbkarte #13

B.I.G.

Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue
19	18	17	16	15	14	13	12	11
19	18	17	16	15	14	13	12	11
19	18	17	16	15	14	13	12	11
19	18	17	16	15	14	13	12	11

